Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Pro temptatione
Omnipotens cogitationum.
mitissime deus respice
propicius preces nostras. et
libera cor nostrum de mala
rum temptatione cogi
tationum: ut sancti spiritus dig
num fieri habitaculum
mereamur. P. eius. Secreta.
Has tibi domine deus
offerimus oblationes pro
salute nostra: quatinus
animas nostras sancti spiritus gratia
illuminare digneris. P. eius.
Per hoc quesumus domine Com.
sacrificium quod tue ob
tulimus pietati: ab omni
bus corda nostra emunda
temptationibus. P. d.
Pro temptatione carnis.
Ure igne quesumus domine sancti
spiritus renes nostros et cor
nostrum: ut tibi casto corpore
serviamus. et puro corde
placeamus. P. eius. Secreta.
Dirumpe domine vincu
la peccatorum nostrorum: et ut sa
crificare tibi hostiam
laudis absoluta liber
tate possimus. retribue
que ante tribuisti: et
salua nos per indulgen
tiam. quos saluare dig
natus es per gratiam. P. d.
Sancti spiritus gratia Comp.
quesumus domine cor nostrum clementer
expurget: et per huius
mysterii sacramentum.
in nobis carnalium delec
tationum flammas poten
ter extinguat. P. eiusdem.
Pro peticione lacrimarum.
Omnipotens mitissime deus
qui sitienti populo
fontem viventis aque
de petra produxisti: educ
de cordis nostri duricia com
punctionis lacrimas:
ut peccata nostra plangere
valeamus. remissionem
quoque peccatorum te miserante
mereamur accipere. P.
Hanc igitur ob Secreta.
lationem quesumus domine deus